PETRUS CANTOR

Nordfrankreich, Anfang 13. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25884
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Cum autem intrasset capharnaum. accessit ad eum centurio rogans eum. et dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus. et male torquetur. Ait illi iesus. Ego veniam. et curabo eum. Respondens centurio ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum dic verbo. et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate. habens sub me milites. et dico huic vade. et vadit. et alio veni. et venit. et servo meo fac hoc. et facit. Audiens autem iesus miratus est. et sequentibus se dixit. Amen dico vobis. non inveni tanta fide in israel.